Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26467
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fide plurimam hostiam abel quam cayn obtulit
do per quam testimonium consecutus est esse iust testi
monium perhibente muneribus do. & pillam defunctus
adhuc loquitur. Qui non etate sed puritate puer dia
pellatur. sic & ita de dauid quia mortuus est senex
& plenus dierum tamen in euangelio dicit. & erexit cornu
salutis nobis in domo dauid pueri sui. Et sic sacri
ficauit in quit patriarche nri abrahe. Vtique quod sacri
ficauit in oblatione unigeniti filii sui ysaac offerens
eum dno in holocaustum. Quod ita acceptum fuit. ut statim
mereretur audire. Et memetipsum iuraui dicit dns qa
fecisti rem hanc & non pepercisti filio tuo unigenito
propter me benedicam te & ceta. Qui est patriarcha
non tantum israelitice plebis secdm carnem sed & eum nrm
secdm fidem sicut et premissum est qa patrem multarum gen
tium posui te. Adiungit adhuc. Et quod tu obtulisti
summus sacdos tuus melchisedech. De quo manifeste
scriptura dicit. Et melchisedech rex salem protulit
panes & vinum. Erat enim sacdos dei altissimi. & be
nedixit abraham. Sum & sacdotium & sacrificium tantum
magnificat. ut dicat de eo apls ad hebreos scri
bens. Primum quidem melchisedech qui interpretatur
rex iustitie. deinde rex salem quod est rex pacis
sine patre. sine matre. sine genealogia. neque initi
um dierum. neque finem habens. uterque assimilatus